


1542. i. 30. Julij

Sigismundus I. Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum regi.
Serenissimo Princeps Scti. Quos pa:
rat conatus majestas Vestra in Hun:
gariae regnum recuperandum eos Chris:
tus, ut provehat precamur. Qui cum
viduarum et pupillarum unicus sit
adjutor et protector, ita demum cepta
Majestatis Vestrae secundabit, si ratio:
nem illorum habendam, et quod suum
est cuiquam tribuendum curaverit.
Tenet proculdubio Majestas Vestra neq;
per nos neque per Serenissimam filiam
Nostram stetitisse, quominus haec condi:
tiones impleri possent, quae sunt in se:
deribus perscriptae inter Majestatem
Vestram, et Serenissimum olim Domi:
num Joannem Regem ictis, ne nunc
quidem quominus illis satisfiat recu:
samus, atque a Majestate Vestra
petimus, ut quae illis nobiscum in:
tercedit arctissimae necessitudinis me:
mor, eo animo esse velit, erga Sere:
nissimam filiam nepotemque no:
strum, ut quid ex pacto eorum
est, id ab eis auferri ne patiatur.
Desertur enim ad nos, ad novas qua:
dam pactiones, illa non modo non
consentiente, sed nesciente quidem
ventum esse, quod quidem, quam
firmum esse debeat, facile pro sua

prudencia



prudētia perspicit Majestas Vestra
cum etiā si maxime consensisset Serē:
nissima filia nostra, quādoquidem ad
nos tutorem suum legitimum non
retulit, neque nosser ad eam rem con:
sensus accessit valere, id non potue:
rit, quod praesertim in fraudem pu:
pilli factum esse videtur. Nos vero
ut in eo persistet rogamus, quod semel
iam constitutum, ac non modo literis
verum etiam juramento Majestatis
Vestrae, et Serēnissimi olim Domini
Joannis regis fuit confirmatum,
ne si secus factum sit, et Dei ira
provocentur, qui viduarum atque
pupillorum injurias graviter ulci:
si consuevit, et Serēnissima filia
nostra ad alia remedia confugere
cogēretur, non modo Majestati Vestrae
sed et nobis minime grata futura.
Datum Vilnae penultima Julij 1542.